UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Commvnio Sanctorvm. In Eccesia [!] Catholica

Fide & praxi frequentata. Catholicis ad devotionem. Acatholicis ad informationem. Proposita Ex PP. Soc. Jesu

Coloniæ, 1654

S. Constantius Epis. & M. S. Ottilia, V. M. ex sod. S. Vrs. S. Valerius. E. 29. Ia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44916

Visual Library

S. Conſtantius Epiſ. & M. S. Ottilia, V. M. ex ſod. S. Vrſ. S. Valerius, E. 29. Ia.

Manſuetudo.

Nihil adeo hominem vicinum Deo conformemque facit, quam manſuetudo. *Io. Chryſoſt.*

Præſta quæſumus omnipotens Deus, vt qui B. Conſtantij M. tui atque Pont. (S. Ottiliæ V. & M. S. Valerij Epiſcopi) cuius meritis gaudemus inſtruamur exemplis, Per D. N. *I.* Chr. &c.

Ora pro iracundis, &c.

1. B. Conſtantius, Epiſ. & M. nobiliſſima ex parentela, pauperibus ſua diſtribuit, quæ vero Ieſu Chriſti cunctis etiam diuitibus communicauit. Nempe ſanitates & fidem & caritatē. Ea propter in perſecutione Antonini captus & cruciatus verbera, aquas bullientes prunas & ipſam denique mortem ſuperavit.

2. B. Ottilia V. & M. ex Sodalitio S. Vrſulæ & Sociarum circa An. 1280. ſeſe manifeſſavit Ordini Crucigerorum, iuſſitque Corpus ſuum Colonia peti quod impetratum Huium cum miraculis eſt translatum.

3. B. Valerius Epiſ. Cæſar Auguſtanus in Hiſp. S. Vincentium M. Chriſti inclitum Diaconum habuit, ex quo tanquam domeſtico fructu huius ſanctitas facile æſtimari poterit. Rexit Eccleſiam ſuam tempore perſecutionis Diocletianæ, & Concilio Eliberitano ſubſcripſit.